Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



donum sc̄i sp̄c te credidisti pecuniis comparare.
Et lepram cum ie hi a sc̄o se suscepisse credant
heliseo. qui gradum sacerdotalem se existimant
pecuniis comparare. Quib⁹ cum ista dixerimus. suf
ficere debuit suam comparando lepram possidere.
Nam sicut ualidiorib⁹ morbis capite uiciato reli
quum necesse est corpus inundatione supioris mor
bi letaliter irrigari. ita & hi qui caput uidentur
ecclie ēē. morbo pestifero fraternum uiciant cor
pus. ut nichil ex tocius corporis compage insau
ciatum possit euadere. quod negligentium sacer
dotum uiciositatis mortale infecit uirus. ita ut
uideas in ecclia passim quos non merita sed pecu
nie ad ep̄at⁹ ordinem puexerint. Nugacem po
pulum & indoctum qui talem sibi asciuerunt
sacerdotē. quos si pcunctari uelis fideliter quis eos
pfecerit sacerdotes. respondent mox & dicent.
Ab archiep̄o sum nup ep̄c ordinatus. centumq; ei
solidos dedi. ut episcopalem grām consequi me
ruissem. Quos si minime dedissem. hodie ep̄c
non essem. Unde melius est michi aurum de sa
cello inuehere. quam tantum sacerdocium perdē.
Aurum dedi. & ep̄atum comparaui. Quos tamen
solidos si uiuo. recepturus ilico non diffido. Or
dino prespiteros. consecro diaconos. & aurum
accipio. Nam de aliis nichilhominus ordinib⁹
pecunie questum pfligare confido. Ecce &
qd aurū dedi. in meo sacello recepi. & ep̄atū gratis
accepi.

.v.